

Q. D. B. V.
AD

PATRONOS

Acclamatio

GYMNASII ZITTAVIENSIS.

*
* *

Salvete ô Proceres, veteris quos terminus anni
Fundere vota jubet, gratisq; referre loquelis,
Quicquid in hos fines transfudit gratia Pacis.
Vivimus, & salvam gaudemus vivere Zittam:
Cujus ut in templis priscum spectamus honorem,
Æmula sic templi geminatum Curia fructum
Reddit, & in lætas dispergere nititur ædes.
Nec Schola successus fovet intemerata minores,
Dum se Posteritas variâ sub imagine lustrat.
His igitur similes constantia fuscitet annos,
Fata nec inverfis incommoda legibus errent,
Ordine dum recto Christi sic scribitur annus.

• 1691 •

Ordine quod verso Christi quoq; scribitur annus.

SI tamen humani juratum nominis hostem
Sjuerit inverfis vota hæc perstringere fati:
Auspicio Christi crudelibus excidat ausis,
Ac videat firmam fors nondum vera salutem,

* * * * *
* * * * *
* * *
* *
*